

Confirmatio jurium omnium, ac privilegiorum Metropolitanę Ecclesię Colonienfis.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili Fratri Arnolde Colonienfi Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicę substituentis.

Ex Concil. To. XII. coll. 1683.

Exordium.

IN eminenti Apostolicę Sedis specula, divina disponente gratia, constituti, ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio, fratres nostros Episcopos sincera charitate diligere, & Ecclesiis eorum regimini & gubernationi commissam debemus justitiam conservare.

Hanc Ecclesia a sub Sede Apost. protectione suscipit.

Eidem bona confirmat.

Archiepiscopus Pallii &c. confirmat nec non ab omni jurisdictione eximit.

Regis ordinationem in ipsius Provincia concedit. Alia prerogativa.

Septem ejusdem Ecclesię presbyteris, utriusque Diacōnis, & Subdiaconis usum Mitre, Dalmaticę &c. in Missarum solemnitate concedit. Præmissa omnia confirmat.

Confirma conclusiones, & statuta.

minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva in omnibus Apostolicę Sedis auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temerę venire tentaverit, secundę tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat; Cunctis autem eodem Loco justis servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen.

- EGO EUGENIUS Catholicę Ecclesię Episc. Ego Imarus Tusculanus Episcopus. Ego Nicolaus Albanen Episc. Ego Ugo Ostien. Episc. Ego Gregorius Presbyter Cardinalis tituli sancti Calixti. Ego Ubaldus Presbyter Cardinalis tituli sanctę Praxedis. Ego Manfredus Presbyter Cardinalis tituli sanctę Sabine. Ego Guido Presbyter Cardinalis tituli sancti Pastoris. Ego Bernardus Presbyter Cardinalis tituli sancti Clementis. Ego Gerardus Presbyter Cardinalis tituli sancti Stephani in Monte Celio. Ego Otto Diaconus Cardinalis sancti Georgi ad Velum aureum. Ego Rodulfus Diaconus Cardinalis sanctę Lucię in Septa solis. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli. Ego Joannes Diaconus Cardinalis sanctę Marię nove. Ego Guido Diaconus Cardinalis sanctę Marię in Porticu. Ego Jacintus Diaconus Card. S. Marię in Cosmedin. Ego Geneius Diaconus Cardinalis sanctę Marię in Aquiro.

Eugenii PP. & S. R. E. Cardinalium subscriptiones

Datum die 3. Januarii anno Domini 1151. Pontificatus

Con-

Confirmatio bonorum omnium, ac privilegiorum Fulden. Monasterii, Sedi Apostolicę immediatę subiecti, cujus Abbati Mitre, Annulque usus conceditur.

Ex autogr. edidit Fridericus Sebannat in Prebationibus Diocesis & Hies arch. Fulden. num. XXX.

Exordium.

CUM omnibus ecclesiasticis personis debitoribus ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio existamus, illis tamen propensiori cura nos convenit imminere, qui in Religionis habitu omnipotenti Deo militant, & ad Apostolicam Sedem speciali prerogativa pertinere noscuntur; Dignum namque & honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad Ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas & a pravorum hominum nequitia tueamur, & Apostolicę Sedis munimine robaremus.

Monasterium juxta Prædecefforum Pontificum morem sub protectione Sedis Apost. recipiunt.

Eidem bona omnia confirmat.

In eo veró jurisdictione illam Episcoporum, ceteroque omnes habere prohibet.

Vel datum, utrum exigere.

præbuerit. Obeunte veró te, nunc ejusdem loci Abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, aut fratrum pars consilii sanioris secundum beati Benedicti regulam elegerint. Statuimus autem, ut congruis temporibus nostrę sollicitudini ecclesiasticę intimeret, qualiter religio monastica inter fratres tuo regimini commissos regulari habitu dirigatur, concordiaque convenienti ecclesiastico studio mancipetur; ne forte, quod absit, sub hujus privilegii obtentu animus, gressusque reititudinis vestre a normalitate aliquo modo retorqueatur. Concedimus etiam tibi, fili carissime, prædicare verbum Dei auctoritate nostra apostolica; & ut tu quã succedentes tui aut alios Abbates Gallię seu Germanię primatum, quem hætenus habuistis, in omni loco conventuque obtineatis. Usum quoque Dalmaticę, & Sandaliorum in missarum solemnibus ex Apostolicę Sedis benignitate, secundum quod in Antecessorum nostrorum privilegiis continetur, dilectioni tuę concedimus; & ob majorem familiaritatis prerogativam, quam in Romana Ecclesia nostro tempore consequi meruisti, licentiam uti Mitra & Annulo tibi tuisque successoribus nihilominus impertimur.

Qui statuis temporibus de monastica disciplina Monachorumque moribus ad Sedem Apost. referre tenentur.

Primum super ceteros Germanię, Galliarumque Episcopos, & usum Dalmaticę, ac Sandaliorum concessit.

Pontificiæ Regiæque privilegia rata, habet.

Solus conclusiones.

Abbas veró, non nisi a nostra Sede benedicatur, a qua benedici debet; & si in aliquo crimine accusatus fuerit, ejusdem tantummodo Romanę Sedis iudicium exequatur. Illud insuper generaliter addendum esse dignum duximus, ut quicquid auctoritate Prædecefforum nostrorum, Regum, vel Imperatorum, ipsi Fuldenfi Cœnobio certum esse fuisse concessum, sit etiam auctoritate apostolica per hujus scripti paginam confirmatum. Nulli ergo omnino hominum liceat, præfatam Cœnobium temerę perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrę constitutionis paginam sciens, contra eam temerę venire tentaverit, secundę tertiove communita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtę ultioni subjaceat; Cunctis autem eodem Loco justis servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternę pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

- EGO EUGENIUS Catholicę Ecclesię Episcopus. Ego Imarus Tusculanenfis Episcopus subscripsi. Ego Nicolaus Albanenfis Episcopus subscripsi. Ego Gregorius Presbyter tit. Calixti subscripsi. Ego Ubaldus Presb. tit. S. Praxedis subscripsi. Ego Nicolaus Presb. Cardinalis tit. S. Cyriaci subscripsi. Ego Manfredus Presbyter Card. tit. S. Sabine subscripsi. Ego Arbertus Presbyter Card. tit. S. Anastasie subscripsi. Ego Julius Presbyter Card. tit. sancti Marcelli subscripsi.

Eugenii PP. & S. R. E. Cardd. subscriptiones.

Ego

Ego Ubaldo Presb. Card. tit. S. Crucis in Hierusalem subscripti. Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis subscripti. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum subscripti. Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano subscripti. Ego Joannes Paparo Diac. Card. S. Adriani subscripti. Ego Gregorius Diac. Card. sancti Angeli subscripti. Ego Aftaldus Diac. Card. S. Eustachii juxta Templum Agrippæ subscripti. Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu subscripti. Ego Jacintus Diac. Card. S. Mariæ in Cosmydin subscripti. Dat. Ferentini per manum Bosonis S. R. E. Scriptoris, Id. Januarii Indict. XIV. Incarnationis Dominicæ anno MCLI. Pontificatus vero Domni Eugenii III. Papæ anno VI.

Dat. die 13. Januarii anno Dom. 1151. Pont. an. vi.

X L.

Confirmatio Privilegiorum, ab Innocentio PP. II. Rotensi Monasterio Ord. S. Benedictini concessorum.

Ex Metropol. Salzburgensis Tom III.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Lotario Rotensi Monasterii Abbati, ejusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoties illud a nobis petitur, quod religioni & honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & felicis memoriæ PP. Innocentii prædecessoris nostri vestigiis inhærentes, Rotense Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub B. Petri & nostræ protectione suscipimus, & presentis scripti patrocinio communimus; In primis siquidem statuantes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Dei timorem & B. Benedicti regulam in eodem Loco, auctore Domino, institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus vocabulis adnotanda: Locum, qui dicitur Rota, in quo ipsa Abbatia sita est, cum Ecclesiis, decimis, terminis, & cæteris pertinentiis suis: in parochia Chemeringen triginta mansos cum parte Ecclesiæ S. Pancratii decimis & appendiciis suis, Beusteten, Putingen, Aske, Miuvann. cum Ecclesiâ ejusdem loci, decimis & appendiciis suis: Volchmaristorff cum vineis & agris vinitorum: Erigeltshufen cum

Mo nass. hoc sub protectione Sedis Apostolicæ recipiens.

Eidem bona omnia confirmat.

Ecclesia ejusdem loci, decimis & appendiciis suis: Prædium, quod appellatur Rota, adiacens Glanc flumini, cum Ecclesiâ S. Georgii decimis & appendiciis suis, Harde, Brunnuntal; Mansum, apud Truhtheringen, Helfendorf, Tuntinhufen, Warte, Veristeten, Wachreine, Durholz, Walte, Cholental, Totum Bilereffe cum Ecclesiâ ejusdem loci, decimis, & appendiciis suis: In Luichen al Stegen, Wisfnchswanch, Criesennowe, Giransowe, Barne, & quicquid illustris memoriæ Cono Palatinus Comes, Ecclesiæ vestræ fundator, a Strichen usque Jogperch justè habuerat, pia vobis ab eo devotione concessum, præter unam mansionem apud Wisfnchswanch: apud Halle patellam salis & locum patellæ: In monte, qui dicitur Kitino unum mansum: In Bozen curiam, & vineas: In Hartperch sex vineas & agros: Chostingen, & Ratisponæ, curiam juxta S. Cassianum cum atrio per circuitum & ædificiis. Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus a vobis decimas præsumat exigere. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse sancimus, ut eorum, qui se illic sepeliri deliberaverint, devotioni, & extremæ voluntati, nisi excommunicati sint, nullus obstat: salvâ tamen justitiâ matricis Ecclesiæ. Porro loci vestri Advocatiam nullus invadere vel usurpare præsumat, nisi quem Abbas & fratres secundum Domini & ipsius Monasterii utilitatem elegerint. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, aut tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem & beati Benedicti regulam præviderint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ Diocesanorum Episcoporum canonicâ justitiâ & reverentia. Ad indicium verò perceptæ hujus a Sede Apostolica protectionis Bizantium aureum nobis nostrisque successoribus annualiter persolvatis. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat: Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

EGO EUGENIUS Catholicæ Ecclesiæ Episcopus. Ego Gregorius Presb. Card. tit. Calixti. Ego Imarus Tusculanensis Episcopus. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum. Ego Nicolaus Albanus Episcopus.

Decimas la: borum a Monachis nemini persolvendas;

Sepulturam in eorum Ecclesiis cuiquæ liberam fore;

Advocati electionem per Abbatem;

Abbas vero per Monachos faciendam declarat.

Decretum immunitatis bonorum Monasterii ejusdem loci, litteris conclusionibus;

Eugenii PP.

& S. R. E. Card. subscripti.

Ego

Ego Guido Diac. Card. S. Mariæ in Porticu. Ego Guido Presb. Card. tit. Pastoris. Ego Bernardus Presb. Card. tit. S. Clementis. Ego Jordanus Presb. tit. S. Sufannæ. Ego Octavianus Presb. Card. tit. S. Cæciliæ. Ego Cencius Diac. Card. S. Romane Ecclesiæ. Dat. Ferentini per manum Bosonis S. R. E. Scriptoris, III. Kal. Aprilis, Indict. XIV. Incarnationis Dominicæ an. MCLI. Pontificatus vero Domni Eugenii PP. III. anno VII.

Dat. die 31. Martii anno Dom. 1151. Pont. an. vii.

X L I.

Confirmatio privilegii, a Paschale PP. II. Acheruntinæ Ecclesiæ concessi.

Laudatum hic Paschalis privilegium, cui initium: Cum univervis &c. dat. anno 1102. Pontif. V. lege inter Pontif. hujus consuet. num. XX.

Edid. Ughell. Ital. Sac. To. VII.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Roberto Acheruntino Archiepiscopo, ejusque successoribus canonicè instituendis, in perpetuum.

Exordium.

In eminenti Sedis Apostolicæ specula, disponente Domino, constituti, fratres nostros Episcopos, tam vicinos quam longè positos, debemus diligere, & Ecclesiis, in quibus Domino militare noscuntur, suam justitiam observare. Eapropter, venerab. fr. in Christo Roberto Archiepiscopo, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & prædecessoris nostri fel. mem. Paschalis vestigiis inhærentes, sanctam Acheruntinam Ecclesiam præsentis decreti auctoritate munimus. Tibi tuisque successoribus confirmamus, quæcumque ad ipsam Metropolitanam jure præteritis temporibus pertinuisse noscuntur, videlicet Venumium, Gravenam, Tricaricum, Tursum, Potentiam, ut tu tuisque legitimis successoribus potestatem habeatis, canonicè ac decretaliter in eis Episcopos ordinandi, ac consecrandi: salvâ in omnibus S. R. E. auctoritate. Ad hæc statuentes, decrevimus, ut quæcumque oppida, villæ, vel Ecclesiæ Parochiales jure ab eadem Acheruntina Ecclesia possidentur, quæcumque bona impræsentiarum justè possidet, sive in futurum justè atque canonicè poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: iis nimirum exceptis, quæ Sedis Apostolicæ specialibus privilegiis muniuntur. Pallium præterea fraternitati tuæ plenitudinem videlicet Pontificalis officii, ex Apostolicæ Sedis liberalitate concedimus, quod te intus Ecclesiam tantum ad Missarum solemnias subscriptis diebus noveris induendum, idest Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Hypapanthes, tribus solemnitatibus beatæ Mariæ, Cœnæ Domini, Sabbato Sancto, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Nativitatis sancti Joannis Baptiste, festivitatis Apostolorum omnium, Michaelis Archangeli, commemoratione omnium Sanctorum, etiam eorum Martvrum vel Confessorum, qui in Acheruntina Ecclesia requiescunt, in consecratione Ecclesiarum, Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum: Cujus nimirum pallii volumus te per omnia genium vindicare; hujus siquidem in-

Confirmatio privilegii Paschalis PP. II.

Ecclesiarum ipsi Acheruntinæ subjectionem.

Honorumque omnium ad eam pertinentium.

Pallii concessio Archiepiscopo.

ad ipsamque adhortatio.

umenti honor, humilitas atque justitia est. Totam ergo mente fraternitas tua se exhibere festinet in prosperis humilem, & in adversis (si quando eveniunt) cum justitia erectum: amicum bonis, perversis contrarium: nullius unquam faciem contra charitatem recipiens, nullius unquam faciem pro veritate loquentis premens: misericordiam operibus, juxta virtutem substantiæ insistentem, & tamen insistere etiam supra virtutem cupiens: infirmis compatiens: benevolentibus congaudens: aliena damna propria deputans, de alienis gaudiis tamquam de propriis exultans: in corrigendis vitiis piè sevens, in fovendis virtutibus auditorum animum demulcens: in ira judicium sine ira tenens, in tranquillitate autem severitatis justæ censuram non deserens. Hæc est, frater charissime, Pallii accepti dignitas, quam si sollicitè servaveris, quod foris accepisse ostenderit, intus habebis. Decernimus itaque, ut nulli omnino hominum liceat, præfatam Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnino profutura, salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua reatum suum correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat: Cunctis autem eidem Loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Ferentini, per manum Martiani sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriptoris, Kalend. Aprilis, Ind. XIV. Incarnationis Dominicæ MCLI. Pontif. verò Domni Eugenii Papæ III. anno VII.

Decretum immunitatis pro eadem Ecclesia.

Additio penis contra violatores privilegii hujus.

Dat. die 1. Aprilis anno Dom. 1151. Pont. an. vii.

X L I I.

Privilegium confirmationis honorum, ad sanctam Imolen. Ecclesiam pertinentium.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerab. fratri Rodulpo Episcopo Imolen. ejusque successoribus canonicè substituendis, in perpetuum.

Ex Originali editi Ughell. Ital. Sac. To. II. ubi de Imolen. Ecclesia.

In eminenti Sedis Apostolicæ specula, disponente Domino, constituti, ex inuncto vobis a Deo Apostolatus officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Loca eorum gubernationi commissa piâ protectione munire. Eapropter, venerabilis in Christo frater Rodulphus, tuis justis postulationibus clementer annuimus, & Imolensem Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri & nostræ tutela suscipimus, & presentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quascumque possessiones, quæ-

Exordium.

Imolen. Ecclesiam sub protectione Sedis Apostolicæ recipit Eugenius PP.